

LIBER QUINTUS DE HOMINE TAM PHYSICE, QUAM MORALITER SPECTATO.

Pars I.

HOMO IN GENERE.

MULIER LAUDABILIS IN VIRTUTE.
MULIER ILLAUDABILIS IN VITIIS.
ANIMA HOMINIS.

*Intellectus anime. Memoria.
Phantasia & Somnia.
Voluntas. Libertas anime.*

CORPUS HOMINIS.

*Cor Hominis. Valetudo corporis.
Nutrimentum corporis.
Labor corporalis.
Vestimenta corporis.
Qualitates corporis humani.
Fortitudo. Magnitudo.
Exigua Statura.
Quinque sensus corporis.
Oculi seu visus.
Anima seu auditus. Oloratus.
Os seu lingua Hominis.*


VITA HOMINIS.

*Tempus vite humane.
Aetas infantilis.
Aetas adolescentie.
Aetas Virilis. Aetas Senilis.*

Pars II.

STATUS HOMINUM SACRI.

STATUS ET OFFICIA HOMINUM IN GENERE.
STATUS SACERDOTALIS.



PARS PRIMA.

HOMO IN GENERE.

1. Est excellens Dei creatura.

Mira partium mundi proportio inter se similis est proportioni, & pulchritudini humani corporis, quæ ex continua membrorum omnium compositione confurgit, quo fit, ut sicut homo est parvus mundus, ita mundus sit magnus

STATUS RELIGIOSUS.

Monasteria.

HOMO RELIGIOSUS.

Virgines sacræ.

Novitii Religiosi.

Casitas Religiosa.

Obedientia Religiosa.

Paupertas Religiosa.

EPISCOPUS.

DIGNITATES ECCLESIASTICÆ.

PAROCHUS.

CURA ANIMARUM.

SACER PRÆDICATOR.

CONFESSARIUS.

Pars III.

STATUS HOMINUM PROFANI.

MAGNATES, REGES, PRINCIPES.

NOBILITAS, AULICI.

OFFICIALES, PRÆTORES.

JUDICES, ADVOCATI.

CONSILIARII, SUBDITI.

STATUS CONJUGALIS.

Conjugati. Uxor. Maritus.

PARENTES. PATRES-FAMILIAS.

FILII-FAMILIAS. STATUS VIDUALIS.


STATUS MILITARIS.

Bellum. Stratagemata.

STATUS RUSTICUS.

Agricultura.

MENDICI.



QUIS? QUALIS, ET AD QUID?

quoque digiti ut singuli ad singulos con-
gruat equalitate concordant; sed & oculus
oculo, & auris auri, quæ non solum con-
sona sibi ac concordantia, sed & usus
necessarii apta formantur, &c. &c. C.
Gen. 2. v. 7. Vide infra titulum Cor-
pus Hominis.

Esti homo quoad naturam inferior sit
Angelo, tamen quoad aliqua superat An-
gelum, magisque quam ille est imago Dei.
1. Quia mandus creatus est propter ho-
minem; homo ergo est Deus terrestris.
2. Quia omnes bestia, aves, pisces ser-
viant homini. 3. Quia homo per inven-
tiones, & opera naturæ & artis videtur
imitari omnipotentiam Dei, &c. Magnam
miraculum est homo! C. in Ep. Jac. c. 3. v. 9.

Et insuper nobilissima imago Dei 1.
quia habet animam incorpoream, & in-
dividiam. 2. Quia anima hominis est im-
mortalis. 3. Quia prædita intellectu, vo-
luntate, memoria. 4. Quia est liberi ar-
bitrii. 5. Quia capax sapientiæ, virtutis,
gratiæ & beatitudinis. 6. Quia præest
& dominatur cunctis animantibus, &c. C. in
Ep. ad Ephes. c. 4. v. 24.

Homo excellit creaturas ceteras, quia
est imago SS. Trinitatis, per Christum
Deificatus, finis ob quem mundus est con-
ditus, Rector & princeps animalium,
Dominus suarum passionum, &c. C. Gen.
1. v. 26.

Est imago Dei, quia ejus anima spi-
ritualis, immortalis, intellectualis, libe-
ra, capax gratiæ & gloriæ, atque cunctorum
animantium domina est, &c. C. Gen.
1. v. 26.

Dignitas, quæ excellentia hominis de-
sumitur ex suis causis: Efficiens est Deus
omnium creator, formalis est spi-
rituum vite, exemplaris est Deus unus
& trinus, finalis est æterna salus, seu
iterum Deus in æternum feliciter possi-
dendus. C. Gen. 2. v. 7.

2. Nasctur ad laborem.

Adamus in paradiso ponitur, ut ope-
raretur: ubi Bernard. quis filios ejus po-
sitos ad feriandum arbitretur? homo ad
laborem natus est &c. S. punct. 143. f. 450.

Homo, cum nascitur, in hunc mun-
dum intrat quasi in officinam laboris:
homini labor, sicut volueri volatus con-
venit: ideo otiosus non homo est, sed
monstrum hominis, ait Tertullianus. B.
Ser. 6. n. 9.

Christus misero illi manum aridam fa-

navit: *Extende manus tuam.* Quare hoc
miraculum fecit, etiam non rogatus? vo-
lebat quasi dicere Christus, teste S. Atha-
nasio: *Surge, neque per occasionem manuum
aride mendica, sed illam recuperans sanam
jam deinceps operare.* B. Ser. 69. n. 27.

Non est dignitas tam eminentis inter ho-
mines, cui non convenit labor; hinc Alex.
Magnus dicere solebat: *Nihil est magis ser-
vile, quam luxuria, nihil magis regium,
quam laborare.* C. in Ezech. c. 10. v. 14.

Labor necessarius est homini non tan-
tum ad præsentis vite felicitatem, sed &
ad futuræ consecutionem: hinc rogatus
Democritus, quomodo differret laboriosi
a desidiosis, respondit, differunt sicut pili
ab impiis. C. ibid.

Rusticus mortuus, vocatis filiis edixit:
Vobis parce vivendo, quidquid po-
tuit, in vita meæ recondidi, idque totum
in vinea nostra quærere potestis: Mortuo
patre filii putantes in vinea thesaurum esse
absconditum, lignibus eam perferunt,
thesaurum quidem nullum invenerunt, ter-
ram tamen fodiendo, fructum uberimum
tulerunt. C. in Ezech. c. 10. v. 14. &c.

3. Creatus est ad servitium Dei.

Enos solus vocatur homo, ubi Eusebius
Cæsariensis: Enos verus homo interpre-
tatur, neminem enim putant hominem
præter eum, qui verum Deum agnoscit,
& pie colit. B. Ser. 2. n. 7.

Jeremias lamentatus est: *Appeti terram,
& ecce vacua erat.* Quomodo vacua in
tanta multitudine hominum? Philip. Diez
respondet: est aliqua domus plena fit aere
aut araneis, tamen dicitur vacua, quia
non pro araneis, sed pro homine adifi-
cata est: ita terra dicitur vacua, dum in
ea justi non erant, quia pro hominibus
justis creata est, &c. B. Ser. 54. n. 21.

*Non permanebit spiritus meus in homine,
quia caro est.* Cur homo tantum caro vo-
catur, qui præter carnem etiam animam
habet? nempe, ubi caro imperat, non
meretur homo dici animam habens, ait
Diez. B. Ser. 54. n. 22.

Homo conditus est ad imaginem Dei,
qui illi tanquam suo pectulo suæ imagi-
nis sigillum impressit: idque ex quatuor
causis: Primo, homo gerit imaginem Dei,
ut filius sui patris, cui debet amorem ac
reverentiam. Secundo, ut mancipium Domini
suis fuit, quo timere debet. Tertio, ut
miles duci sui, qui fidem & obedientiam
præstare oportet. Quarto, ut minister &

Esch. 1. 7.
de præp.
Evan. c. 13.

Diez. com-
m. in Com-
mun. S. 2.

Tertull. L.
de h. li.

dispensator bonorum heri sui, cui rectum usum creaturarum exhibere debet, &c. C. Gen. 1. v. 26. f. 8. l. D. 11. 67.

Deus omnes creaturas fecit, & conseruat propter creaturam. Nobis enim gyrantur cali, luect foli, lucent sydera, spirant venti, luemet luera. Hac omnia nobis seruiunt, ut homo seruiat Deo. Imo ipsa etiam Dei omnipotentia, eiusque concursum ferper nobiscum laborat. C. in Ecclesi. c. 42. ad finem.

4. Multis malis obnoxius in hoc mundo.

Hab. 1. Homines comparantur piscibus: *Facies hominis quasi pisces:* Et: *Faciam vos pisces hominum.* Sicut pisces in amarulento mari a fluctibus nunc sursum, nunc deorsum, nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum pascuntur: ita homines in hoc mundo, ubi omnia amara sunt, a variis ærumnis, & aduersitatibus incurruntur: & sicut minores pisces a maioribus devorantur: ita infirmior a potentiore opprimuntur. C. in Habac. 1. v. 14.

Natus de muliere, breui vivens tempore reperit multum miseris, tam corpore, quam anima tenus. Corpus millenis infirmitatibus, morti, putredini, & vermicibus: anima ignorantia, malitia, & instabilitati obnoxia est: cur ergo superbit homo? considerat suam miseriam, & sicut pavonitens deformes suos pedes, caudam compliebat. C. in Ecclesi. 10. v. 12. Item c. 27. v. 5.

De Iosepho Aegypto vere pronuntiatur illud: In vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni &c. Quot persecutiones & ærumnas sustinere debuit Ioseph, donec fuerit euectus ad solium! Disce ergo viam ad gloriam & regnum esse crucis & laboris. C. in Sapien. 10. v. 14. Quidquid est, habet, aut agit homo, est mera inanis vanitas. C. Ecclesi. 1. v. 2.

5. Excoli debet ad vitam urbanam, & civilem.

Ad amorem & concordiam mutuum hominum nihil efficacius, quam morum urbanitas ab omni barbarismo proflus aliena. Titus Imperator ob suavitatem conversationis vocatur: *Delicte orbis.* Hadrianus Imperator, etiam erga minimos civis erat. C. Exod. 28. v. 19.

Abstulit mirum quantum blandiebatur subditis, condelebat illis, quod iudicem non haberent, promisit se illorum protectorem fore, & sic attraxit animos sub-

ditorum, qui illum in Hebron pro Rege proclamabant.

Monachus in gentilem sacrificulum aspersis verbis inuectus ab eodem graviter caditur. S. Macarius autem eundem sacrificulum blandis verbis salutans, eum ad fidem & ad monachatum convertit. E. Verbo *Benevolentia* n. 1.

S. Paphnutius, ut vinum alias gustare non solebat, quia tamen latronibus comibit, omnes convertit. E. Verbo *Converso* n. 6.

Quantum e diverso aufferitas, & inurbanitas averrat animos, patet ex eo, quod Dionysius tyrannus, cum Aristippo gratiam roganti aures non adhiberet, nisi genullexo, dictus sit ab hoc Philosopho aures habere in pedibus. C. in Exod. 28. v. 19.

Hanc civilitatem nutrit affectus naturalis, quo omne animal diligit simile sibi: *Formice grata est formica, cicada cicadae, accipiter placet accipitri, &c.* Sic homo amat hominem, quia suam naturam inuictur in alio. C. in Ecclesi. 13. v. 20.

6. Indiget amicitia illorum.

Sicut inter vitem & ulmum, inter myrtum & oleam, inter acinuram, & radicem vitium naturalis datur sympathia: ita inter homines dari debet amicitia, vi cuius unus alterum amet, unus alterum defendat, & in necessitate succurrat. VV. arte disc. font. 86. ex. 4.

Juvenis Christianus a gentili benigne exceptus & ditatus, cum gentilis depereretur, & insuper homicidii fallo simularetur, illum a morte liberavit, & opibus ditatum in amicum intimum recepit. E. Verbo *Amicus* n. 2.

Quomodo autem constituta debet esse amicitia? Veteres pingebant amicitiam sub forma adolescentis, nudato capite, hirsuta veste, in cuius sinistra scriptum erat: *Vita & mors,* in fronte *Hymus Græciæ,* latus habebat usque ad cor apertum cum inscriptione: *Longe & prope.* Etas viridis denotat, amicitiam semper debere florescere. Hirsuta vestis inouit, amicum debere esse paratum ad toleranda pro amico adversa. Latus apertum significat, amicum non tantum ore, sed & corde debere amari, & non minus in absentia, quam in presentia. VV. arte disc. font. 79. ex. 3.

7. Indiget recreatione moderata.

Certum est! Quemadmodum corpus per laborem fatigatur & ita quietem exigit; ita animus seria occupatione enervatus relaxatione indiget: hinc Cicero: *Ludo & joco uti licet, tum, cum gravibus, serisque rebus satisficimus.* S. Joannes Evangelista visus est cum perdice jocari: fuggillatus propterea a venatore dixit: sicut tu arcum rupturus esses, si cum semper intenderes: ita animus fatigatur, si seria occupatione continuo oneratur. D. 5. 66. E. *Recreatio* 1. 2.

Magni Principes pro relaxatione animi inusitatas occupationes assumentes: Sarcocus Tartarorum Rex sagittas scindebat. Attalus Imperator statuas fundebat. Eriopus Rex Macedonice conficiebat mensulas. Pittacus Mitylenæ Rex molas trifurcas circumagebat. Nero Musicam, & picturam callebat. Valentinianus Imperator venustissime pinxit. Cyrus plantabat arbores. Gambrius Tuisconum Rex Oceanicæ studiosus fuit, & primus docuit modum coquendi cerevisiam. Carolus V. horologia fabricabat. Rudolphus II. icones pulcherrime delineabat. Albertus IV. Dux Austriae architectus fuit peritissimus. Ferdinandus I. Dux Hetruriae greonialis præcinctus limare aurum, polire gammas, detergere arma solebat. Guilielmus Dux Bavarie ligneum horologium confecit. VV. arte disc. font. 27. Ex. 1.

Hæc tamen recreatio debet esse moderata. Mithridates Asiae & Ponti Rex venationis adeo erat intentus, ut septem interægris annis neque urbis, neque ruris testio uteretur. Alphonsus ex Arragonum gente primus Neapolit Rex quotannis mille auri pondos in venationem insument. Barnabas Vicecomes Mediolani Princeps nimio venandi studio inexplicabile populi odium in se concitavit. Nam præter iteratas exactiones, inquiri & comprehendere illos iussit, qui quinque annos ante contra vetus cælicum apros occidissent, aut ex his in propria vel aliena mensa comidissent, usque adeo inexorabili damnatione, ut supra centum ex miseris agricolis lanæo suspenderentur, reliqui universa substantia multati in exilium pellerentur. Diviserat per pagos multa millia venaticorum canum gravissimo incolarum sumptu alenda. Cum vicatim per familias distribuerentur, & canes nimis strigosi, aut graciles, aut nimis obesi in-

venirentur, homines illi tanquam incurri verberibus & pecuniis multati sunt. VV. de arte disc. font. 39. ex. 3.

8. Debet perfici per virtutem.

Querit S. Ambrosius, cur Dominus Deus in mundi creatione omnes creatus, ipsaque bestias, non autem hominem laudaret? & respondet, quia bonitas altiarum creaturarum foris est, & apparent, hominis autem intus est, & in occulto: in bestia nihil reperes, quam quod videtur, in homine vero anima æstimabilis præ cæteris est, que non videtur. C. in Ecclesi. 11. v. 2. Alii dicunt hominem non fuisse laudatum, quia non totam bonitatem suam, velut alie creature per creationem adeptus est, sed illam primum per exercitium virtutum perficere debet.

Homo est quasi compositus ex Angelo, & bruto; hinc continua illa pugna inter rationem & concupiscentiam! Quid agendum homini? laborandum per continua virtutum exercitia, ut brutales appetitus, & passionis extinguantur, & solus Angelus remaneat. C. in Ecclesi. 18. v. 30.

Nummus valorem suum non a se, sed a forma, qua cuditur, accipit: ita nullus est hominis valor, nisi qui a Dei gratia proficiscitur. &c. Picinelli lib. 13. n. 79.

Bos ille apud Ezechielum subito mutatus est in Cherubinum: Quare? quia traxit curram gloriæ Dei. C. in Ezech. 10. v. 14. Dotes omnes, quas homo recipit a Deo, illum extulant ad servitium Dei: t. Deus creavit hominem ex nihilo: ergo homo totum, quod est, debet suo creatori. 2. Deus creavit hominem ad suam imaginem: ergo homo Deum tanquam vulgum exemplar semper respiciens debet. 3. Deus rursus convertit hominem in terram: ergo homo terrena despiciere, & ad mortem se preparare debet. &c. C. Ecclesi. 17. v. 5.

9. Connaturaliter amat patriam suam.

Cur Jonas recusavit Ninivitis poenitentiam predicare? Respondet S. Hieronymus: *Timebat, ne per occasionem predicationis suis illis convertitis ad punitionem Israel penitus relinqueretur.* Cum igitur Jonas Israelita fuerit, amore patriæ recusavit in Niniven ire. A. 1. lect. 4. n. 1.

In Archiepiscopatu Mediolanensi erant quedam rigida & aspera loca, ad quæ curam animarum exercendam nemo n-

volebat: S. Carolus Borromæus, ut huic defectui moderetur, aliquot pueros in locis illis naros studio adhibuit, qui dein libentissime in suam patriam ad curam exercendam redierunt. D. 10. 67.

Admiranda sunt exempla Gentilium, qui pro patria mortem oppetierunt, aut stupenda facinora patrarunt. Codrus Rex Atheniensium villi amictu indutus, quia ab oraculo audit, patriam sua morte conservatam iri, inter hostium consilium moritur. Curtius Romanus in terzâ hiatum se precipitat. Horatius Cocles solus hostium impetum in ponte sustinet. Mutius Scævola manum adurit, qui a Porrenna Rege occidendo aberravit &c. C. Exod. 32. in fine.

Non est in orbe, qui suam patriam, gentem, mores non extollat: Theodoretus Syrus, natus Antiochia in Syria, & Cyri in Syria postea Episcopus, falso putat, primam in orbe linguam fuisse Syriacam: Hebræam vero primam capisse post Moysen, falso, inquam, cum sciat, Syriacam esse Dialectum ex Hebræa prognatam, cum in modum, quo Gallica, Hispana, & Italica a Latina corrupta descendunt. Geropius Becanus vult primam mundi linguam fuisse Cimbricam, seu Flandricam. C. in Gen. c. 11. vers. 1.

Germani aserunt, Tuisonem, a quo oriundi sunt Teutones, fuisse filium Noemi. C. in Gen. c. 9. v. 19.

Quidni homo amet patriam, in qua vitam accipit, cum & artemus animalia nobis servientia? Alexander Magnus Bucephalum suum ita amavit, ut in ejus honorem integram urbem condiderit, dictam Bucephaliam. Caligula Imp. tam stulte amavit equum, ut præter equile marmoreum, purpurea tegumenta, mollie e gemmis, domum etiam & familiam cum suppellectili dederit. Consulatum quoque ei destinasse dicitur. Lohm. T. 3. fol. 583.

10. Nec minus estimat honorem suum.

Cur recusavit Jonas in Niniven ire? Respondit Theodoretus; qui metuebat Ninivitas placatos iram Dei, & sic fe pro mendace haberi: *Prædicarionem ejus falsam videri sibi turpe existimavit, sequo pro Propheta vocari mendacem.* A. I. lect. 4. n. 1.

Indus quidam jaculator per angustum annulum callebat sagittam jaculari: justus ab Alexandro Magno artis specimen dante, pertinaciter recusavit, & ob hanc per-

tinaciam morti adjudicatus est: dum ducitur ad carnificinam falsus est, se ideo jaculum recusasse, quia metuebat ne fallente arte, quam diu abhinc non exerceret, famam suam obduceret. Hæc tam magnanima vox vitæ gratiam illi comparavit. D. 5. 3.

Etiã Sancti pro honore suo zelant! Quis mansuetior & humilior, Sancto Ignatio Loyola? & tamen cum se & Societatem suam a quodam invidio publice, tanquam turbam Antichristi præambulantem diffamari audiret, justissimam excandescencia essetvulcens hanc calumniam ad Summum Pontificem, pro impetranda satisfactioe deferendam esse putavit.

Hinc perniciosissimi fures sunt detractores; quia æstimatissimam rem, quam quilibet hominum omnibus thesauris anteponeat, furatur. Qui reus est furti quinque aurorum, patibulo dignus censetur. Ubi est autem homo in toto orbe, cui honor, ac fama sua pro quinque aureis venalis est?

11. Est instabilis in bono.

Homines quasi momentum statera: quædam hæc comparatio? Cardinalis Hugo ait: *In hoc significatur instabilitas vite humane, momentum enim statera de facili in utramque partem inclinatur.* B. Serm. 13. n. 45.

Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens: ubi auctor operis imperfecti? Peccator velto aqua comparatur propter suam instabilitatem. B. Serm. 62. n. 6.

Arbores in vento nutant, sed tantum cacumine tenus; radicibus fixæ hærent in terra. Ita sæpe flante vento calamitatis hostes censentur moveri, sed cessante vento pergunt hære in luto. B. Serm. 68. n. 14. 15.

Venerunt filii usque ad partum, & non erat virius pariendi: similes sunt in hoc Augustino adolescenti, qui castitatem orabat, sed non modo. Similes illi Felici, qui Paulo prædicant ait: *Quod nunc atstinet, vade, tempore autem opportuno accersam te.* Similes homini torpedine laboranti, qui movetur quidem, non autem progreditur. S. punct. 17. fol. 59.

Discipuli omnes timebant ad illud: Unus ex vobis me tradet. Quare timebant? propter humanam inconstantiam. S. punct. 9. fol. 571.

Homo locustæ comparatur; Et habitatores terre quasi locustæ. Variæ sunt causæ hujus comparationis: 1. Locustæ gignuntur ex putredine: ita homo juxta Job:

Card. Hugo in 11. 40.

Pa-

Paterdini dixi, Mater mea es, soror mea verbibus. 2. Locustæ graciles & infirmæ sunt: ita homo, præsertim senescens multæ ætatis & infirmitatibus obnoxius.

3. Locustæ omnes feminæ sunt; ita homo mollis, & instabilis. 4. Locustæ durus habet oculos, & insipide sunt; ita homo desipit circa res Divinas. Sed maxime 5. Locustæ sunt leves & mobiles; ita homo variabilis & inconstans. &c. C. in Isa. 49. v. 22. In Eccli 11. v. 22.

12. Quantillus sit in seipso coram Deo.

Est fortunæ lusus, inconstantia imago, corruptionis speculum, temporis spoliolum, mancipium mortis, viator transiens, pila, qua Judit Deus, imbecillum, & fragile corpus, corruptionis vinculum, viva mors, sensitivum cadaver. &c. C. Gen. 3. v. 19. fufe.

Secundus Philosophus interrogatus ab Adriano Imperatore, quid sit homo, respondit: *Mens incarnata, phantasma temporis, speculum vite, transiens viator, anima laboriosa.* Epictetus vero: Homo est luerna in vento posita, loci hospes, legis imago, calamitatis fabula, mancipium mortis. C. Gen. 2. v. 7. fol. 65. 1.

Homo est sperma vitæ, saccus stercoreum, cæca vermium, ludibrium Dei, stilla sturzæ, momentum statera, gutta roris antelucani, scenum, flos, nihilum, & inane, navis petransiens, avis transvolans, sagitta emissa, fumus, spuma gracilis, hospes unius diei, pulvis & cinis. Disce teipsum, & mundum contemnere!

S. Augustinus ait: *Divitiis flores, & majorem nobilitatem te sadas? respice teipsum, quia terra es, & in terram visis!* C. Gen. 3. v. 19.

3. *Eccæ gentes quasi stilla sturzæ.* Ubi S. Ambrosius: Sicut terra ad cælum est instar puncti, sic omnes gentes ad multitudinem Angelorum sunt quasi stilla sturzæ. Cogita, quanta hujus sturzæ, vel guttule pars tu sis, & quantus sis in respectu Dei? Sicut ergo stilla sturzam nec gravat, cum manet, nec levat cum decidit: sic homo neque si perit, mundo aliquid eripit, nec si flexit, aliquid addit, sitam vastam maris, orbisque amplitudinem spectes. C. in Isa. 40. v. 15. Item Eccli. 1. v. 2.

Sicut folium fructificans in arbore viridi. Quid vilius & infirmius folio? a quolibet vento & pruina decutitur, & marcescit. Sic homo a modica infirmitate, aut adversitate opprimitur. &c. C. in Eccli 14. v. 19. S. Ephrem ait: Quid est homo? Ni-

Et h. 14. 50. 19.

hil! Quid homo? vermis? Quid homo? cinis & pulvis! Quid homo? somnium! Quid homo? umbra! Quid homo? transitiv! ecce cessavit! Et S. Basilii: Circumspice illos, qui ante te similibus se splendore offerebant: ubinam sunt, qui civitibus dignitatibus ornati erant? ubi Dices? ubi Oratores, ubi Principes? ubi Tyranni? Nonne omnia pulvis? nonne fabula? C. in Eccli 10. v. 13.

Homo est microcosmus, seu parvus mundus; sicut ergo mundus, ita homo est vanitas vanitatum & omnia vanitas: *Ecce! mensurabiles posuisti dies meos & substantia mea, tanquam nihilum ante te!* C. in Eccli. c. 1. v. 2.

Sicut fluvius continuo ad mare, ita homo continuo ad mortem fluit: *Unde Eusebius: Ridiculosi homines sumus, unam mentes mortem, qui multoties tant mortui sumus, & sæpe morimur.* C. in Eccli. v. 7.

Horologium solare cælo nullo ad nihil valet: ita homo sine Dei gratia nihil potest: *gratia efficit,* ait S. Augustinus, ut non tantum velimus recte facere, sed etiam possimus, non viribus nostris, sed liberatoris auxilio. Picinelli Lat. n. 103.

S. Aug. in Ep. ad Rom. p. 10. post. 18.

Est. l. 1. Prop. 10.

13. Est ad vitia pronus.

Quidquid brutale & incultum est in animalibus, in hominis passionibus stabulatur, sicut milites in equo Troiano, ut ait Plato: in doloso enim est vulpes, in crudeli leo, in libidinoso amica luto sus, in torpido alinus, in suspicaci odora canum vis, in gulo lupus, in compto seu compta pavo, in garulo pica. Hinc dixit Pythagoras, in improbum animas degenerare, & migrare in corpora beluina, sequæ inducere leones, lupos, canes &c. C. in Isa. 43. v. 19.

Hinc est, quod homo a juventute aliorum viciis, institutione, & exemplo ad vindicandas passiones indigeat: sicut est, ait Aristoteles, qui congressus, & societas hominum ferre non possit, aut nullo egeat, atque seipso contentus sit, hic profecto aut bestia, aut Deus est. S. punct. 62. f. 217.

Hæc proclivitas venit ex continua pugna inter hominem interiore, & exteriorem: Interior est homo Dei gratia, caritate, & Spiritu Dei imbutus, cujus operatio est Deum amare, colere, & obedire: Homo exterior est concupiscentia & viciositas omnibus animæ potentis, ipsique voluolanti indens. &c. C. in Ep. ad Rom. c. 7. v. 22. Et in Eccli c. 17. v. 30.

Arist. l. 1. de R. publ. c. 2.

Ho-

Homo quasi conflatus est ex Angelo, & bruto; hinc continuum bellum inter rationem & concupiscentiam. C. in Ecclesi. 10. v. 30.

MULIER LAUDABILIS.

14. In pietate erga pauperes.

Sanctus Hieronymus laudat Demetriadem, quod potius pauperes Christi, quam aedificia vestiat. S. punct. 79. f. 254.

Paula votum fecit omnia sua distribuendi in pauperes. S. punct. 79. fol. 254.

Fabiola, quam laudat Sanctus Hieronymus, prima fuit, quae extruxit, & fundavit Xenodochia. S. punct. 79. fol. 283.

Flaccilla Theodosii uxor in hospitalibus quasi Mater agris inservit, laudatur a Sancto Ambrosio, & Gregorio. F. p. 1. l. 21. c. 6. n. 3.

S. Elisabetha Hungariae Regis filia, & Landgravi Thuringiae uxor, pauperum mater, & ancilla facta est. C. in Exod. 38. v. 8.

17. Raab pia mulier, quia exploratorum anxios & profugos hospitio exceptos abscondit, meruit, ut cum gente incredula non periret.

18. Rebecca, ubi vidit servum Abraham hominem peregrinum sinit & egere, sine mora illi respondit: Bibe Domine mi, quin & camelis tuis potum dabo, tum in domum suam illum induxit, & cibo refecit.

19. Mulier Vidua Sareptana fuit hospita Eliae Prophetae, qui apud ipsam sustentabatur.

20. Mulier Sunamitis indoxit filium suum, ut fieret in domo sua Elisei Prophetae locus aptus ad permanendum.

25. In Religione, & pietate erga Deum.

Flaccilla Theodosii Magni Uxor Arianorum haeresim persequitur, Catholicam Religionem propagat, conjugem saepe admonet gratitudinis debite erga Deum.

F. p. 1. l. 21. c. 6. n. 3.

Helena Imperatrix gloriosa non tam corona, quam inventionem Sanctae Crucis.

F. p. 1. l. 21. c. 1. n. 4.

Mathildis strenua protectrix Gregorii VII. contra Imperatorem Henricum III.

F. p. 1. l. 23. c. 18. n. 6.

Clothildis Regem Francorum Clodovivum ad veram Fidem convertit. F. p. 3. l. 6. fol. 115.

Camilla Thuringa monasterium ingreditur, quia a sponso, quem caro pre-

tio & captivitate redemit, contemnitur. F. p. 3. l. 7. fol. 301.

Sanctus Hieronymus concione funebri laudat sanctam Paulam. C. Gen. fol. 529. col. 2.

S. Monica convertit filium Augustinum, Juguldis Hermogillum maritum, Clothildis Clodovivum. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Sophia Soecrus, & Constantia uxor Mauricii Imp. coronam in Ecclesia Deo obtulerunt. S. Lugardis patrimonium totum Ecclesiae pro cultu Divino donavit.

Pulcheria Beatissime Virgini insignitum templum aedificavit. Paula Romana ornamenta sua omnia in supellectilem sacrae commutavit. Sic & S. Elisabetha Thuringia fecit. &c. C. Exod. 38. v. 8.

S. Natalia Conjugem Adrianum ad martyrium animat, & dum ille membratim truncatur, artus rescandos supra truncum tenet. N. 8. Sept.

Sophia Soecrus & Constantia uxor Mauricii Imp. coronam in Ecclesia Deo donarunt. Pulcheria & patrimonio suo Deiparae templum aedificavit. S. Lugardis, S. Paula totum mundum muliebrem in sacra supellectile commutaverunt. C. in Exod. 38. v. 8.

Verissimum quidem est illud: Mulieres in Ecclesia taceant, sed privatim domi instruere filias & ancillas, mulieribus valde laudabile est, & fidelis mulier Virum infidelem convertere jubetur. Sic S. Caecilia docuit Valerianum sponsum, S. Monica Patricium, S. Martha Marium, Theodelinda Agilulphum Regem Longobardorum, Clothildis Clodovivum &c. C. in Ep. 1. ad Tim. c. 2. v. 12.

Quid fortius in fide, & spe refferationis erga Deum, quam Mulier Machabaeae, quae septem fratres filios suos crudeliter torqueri vidit, eosque ad mortem pro Dei legibus obundam generose animavit.

Post longam expectationem & duram responsum mulier Chananaea non desistit clamare ad Dominum, donec audivit: O mulier magna est fides tua! &c.

De Resurrectione Domini legitimus multos viros debuisse, de mulieribus nihil tale legitur; hinc meruere, quod Dominum primo apparuerit mulieri, nimirum Magdalene, & illa nuncia fuerit discipulis Christi de Resurrectione.

16. In pietate erga patriam.

Conjux Afrubalis eversa a Romanis Carthagine supervivere non vult, sed se ipsam

ipsam incensa arce concremat, & marito timiditatem exprobat. F. p. 1. l. 18. c. 4. n. 5.

Jutha Othonis II. Imperatoris filia, postquam & Monasterio Ratisbonae ab Udalrico Bohemorum Duce esset rapta, & ejus Pater Otho jam in prociuitu erat Bohemiam devastaturus, Patrem precibus flecit. F. p. 1. l. 23. c. 13. n. 1.

Veturia Coriolanum filium ab obsidione Romae precibus avertit, & placat. F. p. 1. l. 17. c. 2. n. 2.

Mulieres Carthagenenses ex abscessu crinibus nervos arcum faciunt ad defensionem urbis contra hostem. F. p. 1. l. 18. c. 4. n. 2.

Dominica uxor Valentis Imp. Gothos ad eversionem Constantinopolim irruentes pacavit. Pompeja Plautina Julianum Imp. maritum suum ab extorquenda populo pecunia avertit. Placidia Aetaulphi Gothorum Regis ferociam, qua Romanos erentere decrevit, mitigavit. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Cum Athalia ex ambitione omne semen regum occidit, Josaba filia Regis Joaram tulit Joas unum de filiis regis, & eumque in templo abscondit, futurum patriae regnatorem servavit.

In populum Judaeorum excidium & mors fuit destinata, cui compatiens Esther magno se periculo exposuit, ausa cubiculum Aserui Regis ingredi, & pro populi incolumitate preces fundere.

Magnanima Judith, cum obfessa urbs Bethulia inter triduum in manus hostium tradi deberet, in castra exiens Holofernem Ducem trucidavit.

Sariens mulier Theuciris induxit Davidem, ut filium suum Absalon ab exilio revocaret.

Cum Joab civitatem Abellam obsideret, mulier sapiens tam potenter coram illo peroravit, & postea etiam populo civitatis, ut ille cum totius patriae utilitate ab obsidione recesserit.

17. In amore conjugali.

Regina quaedam Angliae mariti venenosum ulcus exegit. S. punct. 153. fol. 488. T. n. 353.

Artemisia defuncti sui Mausoli cineres bibit, & insigne mausolium extruit. F. p. 1. l. 2. c. 4. n. 8.

Comitissa quaedam Mutinensis, cujus conjux ab Othone Imperatore innocenter erat capite plexus, caput arripuit, coram Imperatore se sistit, & contra latronem vindictam clamat. Annuente Caesare ait: Tu es

ille latro, & ego jam ferto candente probabo innocentiam Viri. Afferitur scutum candens, quod illa lassu manibus ferat.

Otho in vindictam criminis suam Imperatricem, quae erat comitis fassa accusatrix, igni adjudicavit. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 2.

Livia Octavianii Augusti coniux cor sui mariti quasi in manibus habebat. Quae quomodo animum Imperatoris ita vincula, reposita: calta vita, & quod omnia fecisset, quae ipsi placuissent, illius facta non examinasset, & errores dissimulasset. Profecto quatuor puncta, quae conservant pacem inter conjuges. F. p. 1. l. 20. c. 2. n. 9.

Cum Mithridates bello omnia usque ad desperationem perdidisset, mitre ad Momyram uxorem nuntium rogantem, ut secum muretur; illa exemplo ex regali cydare funem fecit, & cum rumpetur, a spadone mortem rogans obrucata est. F. p. 1. l. 14. c. 1. n. 9.

Penelope Ulyssis a multis prociis amata reposita, se uni ex illis nupturam, si suum texuram ad finem deduxisset: quod autem deiret, ut innoxiam rogantem, & sic expectavit adventum viri. F. p. 1. l. 5. n. 38.

Tanisia sponsum in exilium relegatum ciste includit, quod factum Octavianus Imperator vehementer laudat. F. p. 1. l. 20. c. 2. n. 7.

Mulieres VVespbergenses a Conrado Imperatore facultatem obtinuerunt, ex obfessa urbe asportandi quod ipsis maxime placeret: Et ecce quilibet suum maritum humeris asportavit. F. p. 1. l. 23. c. 21. n. 2. E. Ugores.

Hypocritae Mithridatem in omnes calamitates sequitur. Mulieres Laecenia mutatis vestibus loco virorum captivitate subeant. Penelope Ulyssis pro decennio absentis constantiter fidelis. Uxor Hasdrubalis incensa Carthagine una cum filiis in incendium insilit, &c. C. Gen. 2. v. 24. fol. 76.

Nobilis de Bachevill Gallus in bello contra Turcas captus, & ope S. Juliani mirabiliter ex carcere in patriam transfertur. Uxor illius jam in eo erat, ut ad alteras nuptas transiret, indicibile autem est, quanto cum amore ac laetitia reducenti maritum exesperit. R. 1. p. mir. 30.

Joanna Regina Castellae a Philippo marito etiam mortuo non voluit separari, sanus in sarcophago ubique secum circumduxit & quoties aperuit. T. n. 349.

18. In bellica virtute, & fortitudine.

Artemisia Cariae Regina Xerxi contra Athenenses in auxilium venit, & ea fortitudo.

tudine pugnat, ut Xerxes spectans dixerit Viros suos feminas esse, hanc feminam Virum. F. p. 1. l. 2. c. 4. n. 8.

Budvica Anglica mulier Britannos amantem, ut Jugum tyrannicum Neronis excuterent. F. p. 1. l. 20. c. 6. n. 7.

Clizia Romana Virgo, ut captivatem Porthena Regis effugeret, in Tyberim se injicit. F. p. 1. l. 17. c. 1. n. 2.

Cum Henricus V. Imperator Normannos omnes extirpare fatigaret, uxor illius Constantia, Nonnannorum sanguine confusa, exercitum contra maritum colligit, & illum fugitivum oblatione vincit. F. p. 1. l. 33. c. 23. n. 5.

Penthesila Amazonum ductrix ab Achille victa. F. p. 1. l. 5. n. 31.

Mulieres Germanæ, dum virorum exercitus a Mario sulus erat, ne in manus victorum deviant, se silioque enecant. F. p. 1. l. 18. c. 9. fol. 318.

Joanna ab Arcu, vulgo das Magdlein von Orleans, totam fere Galliam armis recuperat, Anglos fugat, & Carolo VII. solium stabilis. F. p. 1. l. 6. f. 213. & D. 2. 48.

Cum Octavius Urbem Salon obsideret, mulieres urbis pullato habitu, dissolutis crinibus, denigrato vultu, & tadis manu gestatis exeuntes, tantum terrorem incussere obsidentibus, ut fugam sine mora caperent. D. 8. 82.

Urbem Mytilenam in Insula Lesbos atque obsidione pressam puella servat, Genueses milites adhortata, ut causam Christi contra barbaros non desererent, Dein armata muros accessit, & stupendam fortitudinis exempla edidit, ac milites suo exemplo ad prælium commovit. T. n. 256.

Ovid. l. 2. de Pontic.
Ex Amazonibus una, Hypolite, ausa est in Theſeum Magnam herocem arma capere. Semiramis Regina innumeras hostium strages edidit, & insignes victorias reportavit. Artemisia Halicarnassii Regina, Regi Xerxi contra Græcos in auxilium veniens, admirabilem virtutem ostendit. Clizia Romana Obſes Porthenæ Hetruscoꝝ Regi data nocturno tempore custodiam egressa, equum conscendit, celerique trajectu fluminis patriam non folium obsidione, sed etiam metu solvit. H. Ser. 30. fol. 305.

19. In scientiis.

Maria Anna Schuermann Tralecti, novit Latinam, Græcam, Hebraicam; aliaque linguas, in scientiis ac artibus fere omnibus experta. Ita VVeberus Discursibus curiosis, Discours. 52. f. 1235.

Athenais propter rerum peritiam, & eruditionem a Theodosio Imperatore in sponsam eligitur, fuit humilis origine, nempe Leonii Philosophi Atheniensis filia. F. in vita Theodosii Imp. 445. D. 2. 26.

Margarita, Francisci I. Regis Galliarum foror, propter omnimodam scientiarum notitiam decima Musa vocatur. F. p. 3. l. 6. fol. 237. & seq.

Sancta Eugenia Senatoris Romani filia scientiam Philosophicam sexdecim annos nata addidit. A. 1. lect. 1. n. 5.

Demetrias, Edibia, Algaia, Fabiola sunt versatissimæ in studio Scripturarum. A. 1. lect. 1. n. 22.

Elpe Boethii Severini uxor pulcherrimum illum hymnum composuit, quem Ecclesia in Principum Apostolorum Festo decantat. A. 1. lect. 1. n. 24.

Proba Falconia Adelphi Proconulis Romæ uxor, quæ totum Virgilium memoria tenebat, ex eodem Virgilio Passionem Dominicam versibus describit. D. 9. 79. Idem præstitit Imperatrix Eudokia.

Cum Henricus D'Essiac & alii primæ Nobilitatis Viri, ut Cardinalis Richelii potentiam supplantarent, cum Hispanis Gallie hostibus conspirarunt, hujus conspirationis conficiens erat Augustus de Thou, nec tamen illam Regi prodidit, quare Lugduni decapitatus est. Posthinc cum Parisiis etiam Cardinalis Richelius mortuus fuit, & Matriona de Ponsack, quæ erat foror illius de Thou, Cardinalis sepulcrum præteriret, ut super scissime illa verba: *Domine si fuisset hic, fratrem meum non fuisset mortuus.* Theatr. tragihist. 36. in fine.

20. In administratione rei domesticæ.

Mulier illa fortis laudata a Salomone *quæ sedit lanam & lino, & operata est consilio manuum suarum*, neque fuit illa trivialis femina, sed uxor viri, quæ et nobilis in portis, & sedens cum Senatoribus terræ. Pariter scimus ex Homero, quod Andromacha Princeps femina eorum, telamque tractavit. Penelope Uliſſis uxor telam texuit, & retereuit, ut ea fraude procorum dolos eladeret. Augustus Imperator non aliis vestibus induebatur, quam quas con ux, filie, & forores illi consecravit. &c. D. 2. 64.

Dixit Deus: *Faciatis Viri adiutorium simile sibi.* Mulier adiutorium viri est. 1. Ed. in ratione prolis. 2. In gubernatione familie. 3. Ad curatum & laborum le-

va

vamen. 4. Ad ceteras vitæ necessitates sublevandas. C. in Gen. 2. v. 18.

Gen. 21. Sara prudenter prævidit, ludum inter Ismaelem & Isaac esse perniciosum, propterea petit ut Ismael ex domo expelleretur, & voluit Dominus, ut Abraham acquiesceret illius voluntati.

Gen. 2. Prudenter astuta fuit Noemi ad modum inveniendum, quo Ruth alienigena, nurus sua uxori fieret Nobilis ac præditiſſis Booz.

1. Reg. 25. Abigail per eloquentiam & liberalitatem suam placavit iratum Davidem, & marito suo Nabal vitam servavit.

Matth. 17. Uxor Pilati, ut infortunium ob laſe iusticie crimen a domo averteret, marito suavit, ut nihil iniqui contra iustum illum in vinculis detentum decerneret.

21. In regnorum administratione.

Pulcheria foror Theodosii rem omnem regni totius prudentissime administrat. F. p. 1. l. 21. c. 8. n. 5.

Agitur quaestio, an mulieres regnorum administrationi idoneæ sint, & solvitur esse idoneæ, cum de multis mulieribus præstantissimæ indolis constat, uti de Sara, de Michol, de Esther, de Judith, de Zenobia, aliisque, quæ præstiterunt facinoræ, etiam viris admiranda. &c. D. 10. 95.

Gen. 17. Rebecca ex indole filii Esau facile prævidere potuit, illum administrandæ domi fore ineptum, aut damnosum; ideo rem ita disposita, ut Jacob natu minor paternam benedictionem cum hereditate impetraret, quem etiam contra iram & insidias Esau sapienter defendit.

Judic. 4. Debbara uxor Lapidoth iudicavit populum, & docuit Barach filium Abinoam, quid facere deberet, ut populum Dei manu Sifare liberaret.

1. Reg. 21. Bethsabea Mater Salomonis sapienter coram Rege Davide peroravit, & eum commovit, ut filium suum post se regnare decerneret.

Judic. 8. Magna cum prudentia & constantia allocuta est Judith populum, ut Deo confiderent, & suis consiliis acquiescerent. Deinde insaudia fortitudine pergens in castra hostium dormienti Holoferni caput demisit, & regem ab obsidione liberavit.

1. Mach. 9. Esther Regem Assuerum ad prandium invitans prudentissime, ac castissime coram illo pro incoluntate Judæorum peroravit, & sic populum ab excidio liberavit.

22. In castitate, & pudore.

Cunigunda Uxor S. Hæncici Virginitatem, & innocentiam tactu cadentis laminae probat. F. p. 1. l. 23. c. 15. n. 5. ad finem.

Sophronia, ut insidias impudentis Maventii effugeret, in cubili, quo se sub prætextu muliebri ornatus receperat, se ipsam sica enecat. F. p. 1. l. 21. c. 1. n. 4.

Christiana mulier, de qua meminit S. Hieronymus, adulterii innocentem accusata, septenis ictibus a carnifice receptis capite multari non potest. F. p. 1. l. 21. c. 4. num. 5.

Lucretia, quod a Sexto Tarquinio violenter fuerit oppressa, se ipsam pugione confodit. F. p. 1. l. 16. c. 7. n. 2.

Maria Maximiliani Imperatoris conjux lapsa ex equo costam frangit, & ex pudore chirurgis ostendendi partem læsam movit vitam, quam verecundiam perdidit. F. p. 1. l. 24. c. 3. n. 2.

Boleslaus V. Rex Poloniæ cum Kungunda caste vivit in matrimonio. F. p. 3. l. 10. fol. 329.

Quamvis mulieres fragilitate & complexione in venere valde propensæ sint, cujus rei causa esse orium; amor enim est animi cura vacantis passio; tamen inter Christianas mulieres scimus fuisse multas castissimas Virgines, innumera enim Ecclesia numerat Virgines agmina, in eoque eluceat insignis Christi, & fidei gratia. C. in 1. Petr. 3. vers. 2. & seq. Vide Tit. Castitas, Virginitas &c.

MULIER ILLAUDABILIS.

23. Agitur regnandi ambitio.

Dico ut sedent hi duo filii mei. Gen. 25. Maldonatus ait: Ambit velut morturi hominis hereditatem & aviditate femina præsentia cupit, immemor futurorum. Quaris cur Eva non vocaverit Adamum, ut ipse prior ederet: Moyses Barcepha respondet. Quia ipsa prior transformari cupiebat in Deum, virumque suum Divinitate anteire, ut hac administrationem rerum præ illo, atque imperium obtineret. Existimavit enim, simulacrum gustaret, & vitio sic in Deum transformatum iri, fallacis serpentis consilio. S. punct. 110. f. 325.

Athalia ut regnaret, omne semen regum interfecit. Er Mater Neronis: *Occidit, dum imperet.* S. l. bid. ad finem.

Semiramis petiit quinque diebus regnare, & occidit Ninum. F. p. 1. l. 1. c. 3. fol. 5.

Ag.

Agathoclea Aegypto magna cum tyrannide praestit, sed ab Aegyptiis miserandam modo trucidatur. F. p. 1. l. 13. c. 4. n. 3. & c. 5. n. 1.

Gorgo aculata; quod supra Viros regnaret, respondit; & nos etiam Viros sole gignimus. F. p. 1. l. 4. c. 12. n. 2.

Tullia, ut regnaret, maritum veneno enecat, ad necem Patris Tullii conspirat, & super cadaver mortui Patris e quos, ac curam agit, merito cognomine scelerata dicta. F. p. 1. l. 16. c. 6.

Sabina Poppea Neronis concubina causa fuit, ut ille Octavianam uxorem adulterii praetextu capite mulcharet; illa impudicissima fuit, quingentas lactantes affrastru nutrebat, ut quotidie eorum lacte lavaretur ad conservandam suam pulchritudinem. Nescit Neroni, ut Aegiptioam Matrem necaret: tandem a Nerone calce percussa obiit. F. p. 1. l. 20. c. 6. n. 4.

Joanna Regina Hungariae, Andream Regem Maritum, regandi libidine sine frangulari, & per fenestram suspensi vel percipit, vel certe conspiravit. *Bosphorus, Fossili & alii.*

Ephedra furcibus erant Jezabel, Hecuba, Imperatrix Eudoxia, Euridice Macedonum Regina, Parvatis Regina Persarum & Medorum, Cleopatra Aegyptia, Elisabetha Angliae Regina & aliae. &c.

24. Crudeles erga amicos, & inimicos.

Alichea Mater Pausania, dum filius immurandus esset, ipsa primum lapidem attulit. F. p. 1. l. 7. n. 5.

Coniux Adrubalis eversa a Romanis Carthage arcem incendit, seque una cum duobus filiis cremat. F. p. 1. l. 18. c. 4. n. 5.

Irene Constantino VI. filio suo suadet, ut a Maria conjugis divortium faceret, & Theodora nuberet: Quod dum ille nimis credulus facit, regno & vita privatur. F. p. 1. l. 22. c. 19. n. 1.

Medea crudelis filiorum suorum latro, quos coram Jafone Patre obruncat. F. p. 1. l. 5. n. 27.

Quadam Mater filium e praedio fugitivum latere necat. F. p. 1. l. 4. c. 14. n. 6.

Evander, Pallantis Regis Nepos, sua Nicostrene Matris occidit patrem suum. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Mulier comparatur Scorpioni ex multiplici capite: 1. Quia virulenta lingua spiculo armatur. 2. Quia virum cruciat, & lenta tace conficit. 3. Quia nequitur

etiam blandiens in fine aculeum exerit, omnique nocendi occasione invigilat. 4. Quia cum vino incalecit, maxime nocet. 5. Sicut scorpium non nocet is, in quibus non est sanguis; ita mulier nequam non nocet viris mortificatis, in quibus non est cupiditas. 6. Sicut scorpium furibundum devorat, & unum tantum modo solentissimum reservat: ita nequam mulier non raro proles suas molestia conficit. &c. C. in Eccl. 26. v. 10.

25. Sunt causae creventarum cadum.

Fausta Constantini Uxor accusat filium Crispum attentati incestus, & a Patre capite plectitur, innocens novusque Hippolytus a nova Phaedra accusatur: sed detecta fallacia Fausta in thermis suffocatur. F. p. 1. l. 21. c. 1. n. 13.

Mesa nepotem suum Hellogabalum fingit esse Caracallae filium, mittit eum ad exercitum, & Macrinum Imperatorem e solo ejicit. F. p. 1. l. 20. c. 22. n. 2.

Joanna Crescentii uxor, quem Otho III. Imperator interficij iussit, sperabat connubium Othonis, sed spe frustrata Imperatori venenatas chyrothecas donavit & sic occidit. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 4.

Fredegunda Regni Galliae furia sceleribus, & plus quam duodecim cadibus famosa. F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Brunchildis decem personas regias occidit, in poenam ab esserato equo discerpitur. F. p. 3. l. 6. fol. 127.

Eduardus Rex Anglorum & Martyr, uxoris suae fraude occisus est. Martia meretrix causa fuit, ut necaret Antonius Commodus Imp. a quodam Athleta, quocum adulterii consuetudinem habebat. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Dalila per importunitatem evicit, ut *Judit. 16.* Samson et revelaret, in quo eius sortitudo consisteret, & sic eum prodidit, & in mortem dedit.

26. Persequuntur Viros Sanctos & probos.

Eudoxia Sanctum Chrysostrum, velut Jezabel Eliam, extreme persecuta est, sed poenas dedit, dum in partu miserime perit: sepulcrum eius continuo terra motu agitur, donec ossa Sancti Chrysostrum in urbem revelantur. F. p. 1. l. 21. c. 7. fol. 441. Vide Epistolam Innocentii Pontificis ad Eudoxiam de exilio S. Chrysostr. apud C. Gen. fol. 95. col. 2.

Alpasi Pipini Regis concubina, quod a Sancto Lamberto sceleris incutere labor-

subornat fratrem Dodonem, qui Sanctum Episcopum inter sacra ad altare confodit: sacrum corpus a nulla impudica femina ferangi, aut osculo coli pariebatur. F. p. 3. l. 6. fol. 133.

Brunchildis Regina S. Desiderium Episcopum, qui eius impudicitiam arguebat, in exilium per quatuordecim annos expellit, & demum pericarios interficit. N. 23. Maji.

Herodias petit caput S. Joannis, ubi S. Chrysostr. *Mulier, cum injuria afficitur, insanit.* C. in Eccl. 25. v. 29.

Domina qui serviebat Joseph, cum in libidine sua repulsam ab eo passa fuisset, illum adulterii, aliorumque criminum tam impie accusavit, ut innocens in carcerem fuerit coniectus.

Theodora uxor Justiniani Imp. dicta fausta *Demondora*, Justinianum ad haeresim Eutychanam inflexit, Concilium Chalcedonense proscriptit, Silverium Pontificem cepit, morique coegit, aliaque nefanda perpetravit. Tandem cancri plaga per totum corpus perulsa, misere vitam finivit, ait Hugo Victorinus. C. in Ep. Jac. 3. v. 15.

27. Sunt infideles erga conjuges.

Ariadne Imperatorem Zenonem conjugem suum, dum vino se inebriat, vivum sepeliri jubet, idque ex desiderio alcerius conjugis. F. p. 1. l. 22. c. 3. fol. 456.

Cleopatra, dum Marco Antonio suo falso mortem simulat, eum in furias agit, quibus seipsum enecat. F. p. 1. l. 13. c. 23. n. 5.

Tullia maritum Arontem veneno necat, ut Tarquinio nubere, & cum illo regnum consequi possit. Tarquinus igitur trucidat Tulliam Regem, & patrem Tulliae, quae supra mortui patris cadaver equos & curram vi agitabat, merito cognomine scelerata dicta. F. p. 1. l. 16. c. 6.

Constantia Henrici V. Imperatoris Uxor contra maritum exercitum colligit, eumque obsidione victum veneno enecat. F. p. 1. l. 23. c. 23. n. 5. 6.

Xantippe Socratem excarnificat milleis molestiis: dum aliquando aquam illi super caput effunderet, aiebat Socrates: non dubitavi post tot tonitrua pluvias fecuturas. F. p. 1. l. 8. n. 5.

Fredegunda Chilperici regem conjugem sicariis enecat. F. p. 3. l. 6. f. 123. & seq.

Tullia procurat, ut maritus Servius Tullius a Tarquinio superbo interficiatur. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Jessai nullam omnino ducunt uxorem, *D. Claus Spicil. univers. Pars I.*

eo quod nullam uni viro fidem servare credant. C. in 1. Petr. 3. v. 2.

28. Sunt causa multorum malorum in mundo.

Adam Eva induxit, male Petrum induxit ancilla, ait Sanctus Maximus. S. punct. 9. fol. 573. Vide Andream Bienenbeck tract. de Clericorum dignitate praefatum Sect. 5. a §. 7. seq.

Fredegunda Chilperici Regis mores ita depravat, ut a Sandio Gregorio Turonensi novus Nero, & sui temporis Herodes vocaretur. F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Rex Joram iusu Athaliae uxoris infanta fere commisit flagitia, Iphis adolescens spreus ab Anaxareta puella se suspendit. This meretricia commovit Alexandrum, ut urbem Persepolim combureret. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Anastasio Nicanus inter alia ex S. Chrysostr. haec mulieri dat epitheta: Quid est mulier? Est in terra naufragium, fons sceleris, thesaurus cadum, lapsus oculorum, animarum exitium, cordis lanca, juvenum pernicies, sceptrum inferorum. Quid est mulier? Sanctorum calumniam, quies serpentes, diaboli salarium, fornax succensa, eorum qui servantur scandalum, vitium immedicabile, officina demonum. Quid est mulier? Malum amatorum, fera inexpugnabilis, os effrenatum, magistra delictorum, scelerata oblectatio, vestita vipera, domus tempestas, arma diaboli, mors totius mundi. Hinc merito Sapiens: Parva est omnis malitia, ad malitiam mulieris! C. in Eccl. 42. v. 14. Item Prov. 7. v. 12.

29. Sunt molles & carnales.

Archidamus Rex a suis subditis multa pecuniaria puniunt, quia ipsam nam duxit, causa punitiois erat, quia sic non reges, sed regulos esset progenituros: & quis fructus sperari potest, si puella mature nimis in matrimonium elocentur? F. p. 1. l. 4. c. 10. n. 2. Sic saepe verificatur, quod nana nanam, & infans infantem generet.

Gravis & cauta matrona monuit Confessarios, ut caverent ab aspectu, & colloquitis seminarum: Ego enim, aiebat, certa sum, non esse Virum tam Sanctum, tam constantem, quem non flectere possim, quo velim, si cum eo ad quadrantem hore colloquar, itque oculos meos intueatur!

Serpentes sunt oculi, facies, corpora, & colloquia feminarum. C. in Dan. 13. v. 8.
 Achilles vestibus feminis occultatus in Gyneceio statim agnoscebat ut Ulisse: dum enim alia puella femineum mundum affectant, ille arma arripit. F. p. 1. l. 5. n. 27. fol. 80.

Mulieris comparantur igni, hinc S. Basilus: mulieris carnem noli tangere, quia inflammabitur cor tuum. Comparantur magneti; sicut enim magnes trahit ferrum, ita mulieris species & vox trahit virum. Comparantur Basilisco; sicut enim iste visu eos, quos intuetor, necat; sic mulier iactu oculorum, fauciat, intoxicat, & necat. C. in Eccli. 42. v. 13. Item 1. Petri 3. v. 2.

Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes. Sic apostatate fecerunt hereticas nostris temporis, Calvinum, Luthe- rum, Bucerum, aliosque. S. Ambrosius de vino & mulieribus ait: Si singula, ac separata hoc faciunt, quid facient unita? C. in Eccli. 19. v. 2.

30. Compta & blande sunt causa mul-
 torum ruina.

Curiosus obtutus radix est adulterii, ait S. Chryostomus de lapsu Davidis. S. punct. 114.

Speciem mulieris aliena multi admirari reprobi facti sunt. S. punct. 114. fol. 345.
 Mulier compta est instrumentum diaboli ad fascinandas intuentium animas. S. punct. 9. fol. 573.

Alexander magnus noluit intueri captivas, ne suam fortitudinem perdat. F. p. 1. l. 2. c. 10. n. 4.

Adamum seduxit Eva, Betfabaz Davi- dem, mulieres Salomonem: hinc pii ac prudentes viri maxima cum cautela illas fugerunt. Præclare senior ille apud Sophro- nium: Sal ex aqua est, & si appropinqua- verit aquæ, solvitur, & deficit: ita Mon- achus ex muliere est, & si appropinquet mu- lieri, solvitur & ipse, ut jam monachus non sit. C. in Num. 25. v. 18. S. Jordanus Ord. Præd. Generalis videns fratrem, qui manum mulieris tangeret, austere illum increpuit: cumque frater regeretur: Mulie- rem esse piam ac sanctam, subintulit: Pluvia bona est, & etiam terra bona est: & tamen ex harum conjunctione fit lu- rum. S. Ludovicus Episcopus ne a Matre quidem osculum manus recipere, aut da- re voluit, interroganti causam reposuit: Quia mulier es? Sic mulieres avertati sunt S. Dominicus, S. Franciscus, S. Thomas

S. Ambrosius de vino & mulieribus, c. 18.

Sophronius in Præd. 371. cap. 119.

Aquinas, S. Bernardus, qui insidiatrices nocturnas incondito clamore in fugam e- git: Latrones! Latrones! C. in N. 25. v. 18.

Averte faciem tuam a muliere compta &c. Eccli. 9. 30. 8.

31. Sunt cause bellorum.

Propter Helenam bellum Trojanum & devastatio orta. F. p. 1. l. 5. n. 27. f. 80.

Cum Julius Cæsar Veteranis militibus jugera camporum distribueret, Fulvia Marci Antonii uxor populum Romanum ad seditionem commovit, ipsa se gladio accinxit, duces simul, & militem agens. Ex- civit etiam Marcum Antonium contra Cæ- sareum atroce bello, quod denique Fulvia morte extinctum est. F. p. 1. l. 19. c. 9. n. 4.

Brunchildis Regni Gallia furia Chil- debertum filium ad sanguinolentum bel- lum animat. F. p. 3. l. 6. fol. 124.

Pericles propter Aspasiam concubinam Samios debellavit: Propter Laviniam La- cini Regis filiam ortum est bellum inter Æneam, & Turnum. Cleopatra causa fuit belli inter Ptolomæum patrem suum, & Alexandrum Syria Regem. Octavia soror Augusti ab Antonio repudiata causa fuit belli civilis. Margarita commovit Otocorum Regem Bohemæ, ut bellum inferret Rudolpho Cæsari, in quo occi- sus est. Filia Juliani ejusdem præfidi, a Roderico Gothorum Rege adulterio oppressa, stimulatit patrem, ut convoca- ret Saracenos, bellumque moveret, in quo septuaginta hominum milia perierunt. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

32. Sunt instrumentum hereticorum ad propagandas scilias.

Sandus Hieronymus observat, pene o- mnes hereticos mulierum adminiculo a- fuisse ad suas sectas propagandas: Simon Helenz meretricis adiutus auxilio: Nico- laus Choros duxit Menones. Marcion fe- minam præmisit: Montanus per Priscam, & Maximillam multas Ecclesias evertit. S. punct. 9. fol. 574. Vide Titulum He- retici. Er C. 2. Tim. 3. vers. 6.

Argula Staufia nobilis de Ehrenfels in arce Lending prope Ingoldstadtum residens, a Luthero vocata Regina Ecclesiarum, sollicita Principem Bavarium ad Apostasiam: illa autem Universitatem Ingoldstadtianam una cum celebri Doctore Ekio ad disputa- tionem provocat. Dein patria expulsus est, cui Ekius missi colum, ut occupationem muliebrem loco disputationis adlitteret. Erdl in Atlante Bav. part. 2. fol. 23.

Q. 16.

Odetus Cardinalis Charillon a lasciva muliere ad Calvinistas seducitur. F. p. 3. l. 6. fol. 241. col. 2.

Arius ut orbem deciperet, forem Principis ante decepit. Donatus Lucilla opibus adjunctus est. In Hispania Agape Helpidium, mulier virum cæcum cæca du- xit in foveam, successoremque sui Pseuil- lianum habuit, cui iuncta Gallia, alte- rius, & vicinæ hæreses reliquit heredem. Sic omnes fere hæreses propagatæ sunt per mulieres. C. in Ad. Ap. c. 13. v. 50.

Permittit mulierem Jezabel. Hæc Jeza- bel viri nobilis ac potens femina hereti- ca, que prophetissam de mentiendo pro- pagavit sedam Nicolaitarum, docens li- cere fornicari, & edere idoloyra &c. C. in Apoc. 2. v. 20.

33. Sunt astuta & fraudulentæ.

Mesa nepotem suum Heliogabalum, fingit esse Caracallæ Imperatoris filium, mittit eum ad exercitum, & sic Macri- num Imperatorem & throno eiecit. F. p. 1. l. 20. c. 22. n. 2.

Dum Ataxerxes & Cyrus bello con- tendebant, domi Parisatis Regia Mater, & Statira Regis conjux propter partium studia in dissidiis erant, Parisatis pretio- sam aviculam pro cibo parari juber, & cultrum una ex parte intoxicat, qua de- in aviculam dividit, & illam dimidiam partem, que venenosa parte cultri erat facta, Statira manducandam dedit, que statim mortua est. F. p. 1. l. 2. c. 7. n. 5. Sunt mendacis plus quam Viri dedi- ta. Paolerti Dom. 2. Adventus.

Samson a Dalila, cui arcum virium suarum aperuit, crinibus raditur, & ini- micis proditor. VV. art. disc. font. 84. ex. 3.

Mulier a S. Ephrem inter alia epithe- ta vocatur effrenatum, ut verum arcana- rum. Si rem arcana alicuius momenti mulieri sibi tentum confidas, illa taci- turnitatis, & presentie incipax, & in- arcana sibi concessita effundit argutorum, inimicitarum & rivarum inextricx. C. in Prov. 7. v. 12.

Dalila blanditibus perfoasit Samsonem, ut causam sue fortitudinis illi revelaret, dein illum abrafis capillis prodidit, & in- necem dedit.

Isabel egressa in occursum Sifara, di- xit ad eam: Inter ad me Domine mi, ne timeas, & dein illum dormientem occidit.

34. Imprudenter ob Superbiam.

Constantia a Rege Roberto marito ro- gat, ut in suum honorem verus compo- neret: ille in honorem SS. Martyrum rhythmos compoluit, qui ita incipiebant: O constantia Martyrum laudabilis: Et quoniam illa latini idiomatis ignara fuim nomen legerat Constantia, sibi laudem fieri putabat. F. p. 3. l. 6. fol. 162.

In vestiendo & ornando corpore ultra omnes modestie leges, & ad rifum ulque sunt immoderata: aureas gestant velles, catenas, bullas five capillos aureis filis, vitisque distinctas, & quotidie variabiles. Apparent cum tot tunicis, pepis, velis, palliis, itisque sericis, pretiosis, ut istas eas enumerando multos versus im- pleat cap. 3. l. 8. & Tiraquellus multa al- phabeta, multaque paginas. Imo non- nulle in vestitu omnes viri opes exhau- nit, ut illud Proverbia: Matriona in- cedit census induta nepotum. C. in 1. Petri. 3. v. 3. Seneca etiam ait: Insans quibusdam bina ex auribus pendere gemmarum par- timonia. Ibid. Item 1. Tim. 2. v. 9. & 10.

Quid absurdum & magis risu dignum, quam feminam velle dominari viro, & tot domat? Philo ait: A muliere domina- ri summum est viro dedecus: Et Plutar- chus: Cum femina dominatur in virum, perversa, & misera domus est. Uxores au- tem, que maluit stolidis viris imperare, quam parere sapientibus, similes sunt il- lis, que decere potius volunt cæcos, quam intelligentia, vitisque prædicos se- qui. Hinc Astuerus repudiavit uxorem dominari volentem. C. in 1. Petri. 3. v. 1.

35. Sunt incaste & seducitices.

Phædra Thesei uxor amabat Hippoly- tum filium Thesei, quem etiam ad ne- fandas sollicitabat, sed renuente casto Hip- polyto eum apud Patrem accusat, quæ vio- lante se voluisset, quapropter innocens equis dilaniatur. F. p. 1. l. 5. n. 21.

Asinone & Cleopatra ad pudendam a- morem pellicunt Julium Cæsarem. F. p. 1. l. 13. c. 13. n. 1.

Cleopatra velut altera Venus pellicit An- tonium Duceum Romanum. F. l. 13. c. 13. n. 2.

Maria Arragona, Othonis Imperatoris conjux, falso accusat Comitem Matine- sem attentatæ impudicitæ. Comes capite plectitur, sed compta salutarè etiam ac- cusatrix luit. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 2.

P 2 Ju

Julia Noverca Caracallæ filium ad in-
cetas nuptias trahit, iniquens: Nescis
quod Imperator sis, & leges facire, non
acceptare debeas. F. p. 1. l. 20. c. 21. n. 2.

Lais famosa meretrix Corinthi pro una
nocte 10000. drachmas petere solebat, ad
quam Demosthenes respondisse fertur:
Non tanti ego poenitere. F. p. 1. l. 3. c. 2. n. 6.

Julia Octavianæ Augusti filia tam in-
tolerabilis erat impudentiæ, ut demum
una cum Scribonia Matre in Insulam Pan-
dariatam relegata sit. F. lb. l. 20. c. 2.

Valeria Messalina Imperatoris Claudii
conjugator adulteros Romæ habebat, quot-
quot illi liberant. F. p. 1. l. 20. c. 5. n. 1.

Predegunda impurissima Galliæ furia.
F. p. 3. l. 6. fol. 123.

Femina ipse halitus, aut atmosphæra
Viris periculosa est. Sancta Apollinaris
dissimulato sexu vitam inter viros egit.
Cum ad mortem ægrotaret, & Monachus
infirmarius illi assideret, sensit insolitas
libidinis tentationes, & ideo exclama-
vit: *Hic Monachus aut diabolus est, aut
femina!* S. Gregorius VII. Pontifex,
gratia compositionis fuit privatus, eo
quod monile suæ neptis manu tractavit.
C. in Prov. 7. n. 12.

Hinc SS. Patres Viros pietatis & ca-
stissimæ studiosos a conversatione, imo
& ab aspectu feminarum dehortantur.
Sanctus Hieronymus ad Nepotianum ait:
Hospitium tuum nunquam mulieris pe-
des terant. Memento semper, quod pa-
radisi columnæ de possessione sua mulier
decepit. C. in Dan. 13. v. 8. Item in
Ecclesi. 26. v. 14. Item 1. Petr. 3. v. 2.

36. Sunt crudeles, & vindictæ studiose.

Philippus Rex Macedonum Olympiam
uxorem repudiavit, ex suspitione infide-
litatis, & Cleopatram Attali Ducis sui
foretorem duxit. Postquam Pausanias Phi-
lippum ratione denegata iustitia occidit,
Olympia ex exilio rediit Pausaniam latro-
nem & turbulo relegatum honeste sepeli-
vit, & Cleopatram, cuius assu se repu-
diatam suspicabatur, miserandum in mo-
dum una cum filia jugulavit. F. p. 1. l. 7.
c. 9. n. 5. 6. Hæc ipsa Olympia Arideum
Eratreæ Alexandri capite truncavit, &
Euridice ejus uxori gladium, funem, &
venenum misit cum nuntio, ut quod vel-
let perficeret. Præterea centum Macedones
nobilissimos Regis Cassandri amicos, &
inter hos ejus fratrem Nicanorem occi-
dit, sicut: sed tandem consanguineis in-

terfectorum iustas penas dedit. F. p. 1.
l. 10. c. 2.

Joanna Crescentii Uxor Othonem III.
quod frustra ejus conubium speraret, vene-
natis chyrothecis necat. F. p. 1. l. 23. c. 14. n. 4.

Rosimunda, Cunimundi Cæptorum Re-
gis filia & Alboini Regis uxor, ut visci, &
oculis patris necem, cuius oratio Alboinus
pro scypho utebatur, vindicaret, Helmi-
gem cubicularium ad necem Alboini insti-
gat, cui dein turpiter convixit, & cum
tempore venenum propinavit, ac Helmi-
ges advertens venenosum haustum quom-
quidem bibit, dimidium haurit Rosi-
mundam coegit. F. p. 1. l. 3. fol. 20. 21.

Blanca Roberti Regis uxor Hungonem,
eo quod Regis favoribus valde esset com-
mendatus, ante oculos regis obruncari
juber. F. p. 3. l. 6. fol. 151.

Predegunda Regni Galliæ furia plus
quam duodecim caedibus famosa. F. p. 3.
l. 6. fol. 123. seq.

Achab Rex Israelitarum suam Jezabelis
occidit Prophetas. VV. art. disci font.
84. ex. 3.

Mulieris ira est confusio magna. *Ecclesi. 27.*
Herodias petit caput S. Joannis: nam ut ait
S. Chryostomus, *Mulier, cum injuria af-
ficitur, insanit.* Plutarchus ait: Mulieres
iracundiores sunt viris, ideo etiam facili-
us, quam viri, in insaniam probantur,
& difficilius curantur. Ratio præ-
dominantis iracundiæ est, ratio debilis,
& vitiosorum humorum abundantia &c.
C. in Ecclesi. 25. v. 29.

Jezabel cum vineam peritam a Naboth
per preces, & promissa impetrare non po-
tuit, crudeliter illum lapidari præcepit.

ANIMA HOMINIS.

37. Quid sit?

Sancti Patres varie definiunt animam:
alii dicunt: *Est desforme spiraculum
vine.* Alii: *Est substantia incorporea ra-
tionis participans, gerendo corpori accom-
modata.* Alii: *Est substantia spiritalis a Dio
creata sui corpori vivificans.* Alii: *Est
spiritus intellectualis ad beatitudinem in-
se, & in corpore ordinatus.* Alii: *Est
spiritus intellectualis semper vivens, sen-
per in motu, bone, & male voluntatis
capax.* Alii: *Est omnium similitudo &c.*
C. Gen. 2. fol. 66. col. 1.

Quid anima sit, e corpore mortuo de-
sume, ait S. Chryostomus. Quod modo
vivas, quod moveris, quod creas, sentias,
intelligas, bonum a malo discernas,

*S. C. 26.
hom. 200.
in Gen.*

omnise

omnia ex anima habes. Anima ratio-
nalis est, intellectualis, spiritualis, libera
immortalis, principium habuit, finem
non habebit &c. B. Sermon. 2. n. 9.

Anima est paradifus, aut quasi hortus,
quem homo excolere debet: plantæ fru-
ctiferae sunt sobrietas, castitas, alique
virtutes: lolium sunt vitia: imber est
Dei gratia, venti sunt tentationes, messi-
tis est præmium vitæ æternæ. C. Gen. 2.
v. 15. fol. 73. 1.

Anima est dominatrix corporis: sicut
navachus navim, eques caballum, pater-
familias domum; ita anima debet regere
& sub capifiro habere passiones corporis.
Sed ais: corpus aggravat animam? verum
si vis aggravat ad tuum emolumentum:
Angeli, quia sine corpore erant, ideo
suam pulchritudinem intuiti superbiuntur.
Adeoque anima tua alligata est misero
corpori 1. Ut non superbias. 2. Ut cor-
pus subigas. 3. Ut anima tua corpori in-
clusa fit, sicut adamas capsulæ, ne pe-
reat. B. Sermon. 2. n. 16.

Horologio prodest pondus, etsi gravet:
Ita corpus animæ, ait S. Gregorius. B.
Sermon. 33. n. 19.

38. Parum cognoscitur ab homine.

Homo omnibus scientiis inhiat, ani-
mam tamen cognoscere non studet. Epu-
lo ajebat ad animam suam: *Comede, epu-
lare.* O stulte! ait Basilus: *Tam impro-
vidus es, ut escas corporeas animæ tri-
buas.* Homo cum in honore esset, com-
parat est jumentis. B. Sermon. 2. n. 2.

Veteres ethnici putabant animam esse
substantiam igneam a sideribus deprom-
ptam; ideo ante omnia mortis genera
damnant suffocationem in aquis; quia
existimabant in aquis etiam animas suf-
focatorum extinguï. O utinam Christia-
ni haberent cognitionem animæ melio-
rem! &c. D. 8. 1. in fine.

Paradoxas imaginationes habuerunt Ve-
teres de anima: aliqui putarunt animam
educi ex materia, aut venire extraduce,
ad est, generari aut propagari ex anima
parentis, uti lex spargit lucem, uti te-
nuit Tertullianus. Alii putarunt animam
esse ab Angelis, uti docuerunt Seleucia-
ni. Alii, animam esse particulam avul-
sam Divinitatis, aut partem Divinæ sub-
stantiæ. Sed hi sunt meri errores! anima
enim est effectus Divinæ omnipotentiae,
de nihilo in homine creatus, seu, ut ait
Augustinus, est Desforme spiraculum vi-
væ. C. Gen. 2. v. 7. &c.

D. Claus spicil. univers. Pars I.

Thom.
Castip.
l. 2.
c. 26. p. 2.

Temerarius quidam inter pocula, cum
de præmiis & penis alterius vitæ discitur
audiret, subfistit, dixitque; hæc omnia
esse mera commenta Poparum & Mona-
chorum, addiditque, venalis est mihi
mea anima, quis vult eam coemere? da-
bo pro modico pretio! Adfuit inter alios
ignotus Vir (Personatus pæmon) qui li-
citationem cum illo inivit, damnoque pre-
tium illum una cum corpore abripuit. O
quam multi scelerati animam suam vel
pro fabula, vel pro nihilo reputant; &c.

39. Debet virtutibus exornari.

Deus Adamo paradisi hortum concre-
didit, ut illum excoleret & operaretur:
Ita Deus dat homini animam, ut illam
ceu paradifum Divinitatis gratissimum
virtutibus exornaret. Ager itaque est ani-
ma, plantæ sunt sobrietas, castitas, alie-
que virtutes. Zizania sunt vitia, agricul-
ta est homo, imber est Dei gratia, fe-
mina sunt illustrationes, & inspiratio-
nes, ex quibus virtutes crescunt. Venti
sunt tentationes, messi est præmium
æternum. C. Gen. 2. v. 14.

Virtutibus exornatur anima, cum sem-
per cum Deo occupatur, & in rebus om-
nibus Deum quærit. Psalmista ad lau-
dem, Dei invitat cælum, terram, solem
lunam, ignem, grandinem, nivem,
reges terræ, juvenes & virgines: Parem
in modum pueri in fornace Babylonica
rorem, pruinam, montes, colles, fontes,
& omnia elementa invitant ad laudem
Dei! Quomodo autem, & quare? quia
homo his omnibus uti debet ad gloriam
Dei per sanctissimas virtutum exercita-
tiones. Ita Origenes: *Anima sancta omnis
que agit & patitur, refert ad laudem &
gloriam Dei.* Debet igitur homo crebro
per diem ac noctem, instar orationis ju-
catorie usurpare hymnos, & suspiria
ejusmodi: Sanctus, Sanctus, Sanctus Do-
minus Deus Sabaoth! &c. Benedictio &
claritas, & sapientia, & gratiarum actio,
honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro
in sæculum sæculi! &c. Gloria Patri &
Filio, & Spiritui Sancto! &c. C. in II. 6. v. 3.

Anima est paradifus seu hortus Dei:
quod igitur facit hortolanus, id faciat
Christianus, ut animam virtutum flori-
bus exornet. C. Amos 9. v. 15.

40. Debet esse Domina corporis.

Per tria morietur terra, & quartum non
potest sustinere, ait Salomon. Tria illa
sunt:

Orig. in
I. 1. 1. 1. 4.

P 3